



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 3. De qualitate Siciliae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Pelorum,
continet
ex

Chorographo, *centum sexaginta nouem Pass. Mil.*
Ptolemæo, *centum sexaginta quinque Pass. Mil.*
Æthico, *centum sexaginta nouem Pass. Mil.*

AMBI-
TIVS
TO-
TIVS
SICIL-
IÆ,
continet
ex

Diodoro, *quingenta quadraginta duo Pass. M. cum Pass. 500.*
Posidonio, *quingenta quinquaginta Pass. Mil.*
Agrippâ, *sexcenta decem & octo Pass. Millia.*
Plinio, *quingenta triginta sex Pass. Millia.*
Chorographo, *quingenta octoginta nouem Pass. Mil.*
Ptolemæo, *quingenta octoginta sex Pass. Mil.*
Solino, *trecenta septuaginta quinque P. M. vel 400.*
Isidoro, *trecenta septuaginta quinque M. P. vel 400.*
Thucydide, *haud multo minor octo dierum circumnauigatione.*

N V M. 3. *De qualitate Siciliæ.*

FERTILISSIMA ceteris & vini, vnde tota Cereri & Libero consecrata est Tullio, Diodoro, &c. Ideò Cato apud Ciceronem eam cellam penariam Reip. & nutricem plebis Romana dixit, immo & pro arario esse putauit. Tamen Lycophron in eius parte solitudines admittit.

DIVES. Primò propter Oues & Armenta quibus plena erat; hinc fabula de bobus Solis apud Hom. Odyf. 9. & 12. Strabo ait *pellibus* abundare. Secundò Melle quoque diues fuit Straboni & Apuleio, & quis mel Hyblæum nescit? Tertiò denique *Croci*, hinc copia incredibilis elata est, vt videbimus in Admirandis.

POPVLOSA. Quinque in eâ fuisse Colonias & vrbes 63. tradit Martianus Capella; immunes ciuitates apud Plinium lib. 3. legit Pintianus 73. sed plures suggerunt Ortelius, & Cluuerius. Liiuo teste tempore 2. belli Punici 66. numerabantur: Diodorus ipse Sículus Syracusis, & aliquot aliis omissis proponit 67. sed earum pleræque defecerunt: nam Constantinus Porphyrogenetus ait suo tempore tantùm 22. stare, sed Panormum omittit cum Sarracenorū Regiam, vnde probabile est alias prætermisisse.

N V M. 4. *De moribus Siculorum.*

DICACES erant in primis, & scommatis dediti Siculi, vnde